



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

IV. De Cæco Illuminato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

540 DE S. ERMINOL. PRUFENIN,
DE CÆCO ILLVMCI-
nato.

IV.



IR quidam re pauper, & luminis orbitate
pauperior, deuotionis tamen & fidei copijs
opulentus Prüingen virti Dei beneficia peti-
turus ingreditur, & à pluribus, qui de villa vi-
cina venerant, & ante fores stabant Ecclesiæ, ostendo sibi
in Ecclesia sancti sepulchro, pueris ducentis manu circa
altare locatus est, ut petiuit, egressoq; ductore, gressum ba-
culo suo prætentans, ad sepulchrum deuotus accessit, &
humi prostratus postulauit in fide nihil hæsitans, ut lumen
recipere mereretur.. Moxq; se sentiens exauditum, visu
recepto egressus, ductori suo videre se dixit, & omnibus
qui astabant, qui eum cæcum viderant introisse, ac sibi
sepulchrum ostenderant, requirenti. Hos ergo vniuersos
& testes suæ illuminationis habuit & præcones. Cumq; il-
luminato congratulantium vox eminus audiretur, nam
ipsi loquebantur ad iuicem de his omnibus quæ acci-
derant, ille Deum ac famuli sui merita collaudauit.

DE QVODAM CON-
uerso graviter punito.

V.



RATER quidam ex his quos BARBATOS dici-
mus super veniens maligno spiritu stimulatus,
& Dei gloriam non ferens, illum qui Dei ac fa-
muli sui beneficia prædicabat, contumeliosis
cepit obiurgationibus insectari, eum deceptorem ac
mendacem appellans, & huiusmodi artificio venari e-
leemosynas largiores. Quod ille libera voce refellens
abijt & recessit. At ille Barbatus inueteratusq; dierum
ma-